





1783, 2
~~278~~
9
/

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE
LACINIIS
IVRIS ROMANI
RENOVATO IVRI LVBECENSI
ADSVTIS

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
PRAESIDIO

D. ALBERTI PHILIPPI FRICKII

SERENISSIMO DVCI BRVNSVICENS. ET LVNEBVRG.

A CONSILII AVLAE

SVI ORDINIS H. A. DECANI

PRO

LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI
HONORES

AD DIEM XXIV OCTOBRIIS MDCCLXXXIII

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS

PVBELICE ERVDITORVM DISQVISIONI

SUBMITTIT

IOANNES FRIDERICVS CHRISTIANVS
SPENER

SVSATO-GVESTPHALVS.

HELMSTADII

LITERIS VIDVAE B. PAVL. DIET. SCHNORRII ACAD. TYPOGR.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including names like 'ALBERT' and 'CHRISTIAN'.



VIRO
CONSULTISSIMO DOCTISSIMO
PHILIPPO LUDOVICO
SPENERO

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI
AC INCLVTA REIPUBLICA LVBECENSI
CAVSARVM ORATORI
CELEBERRIMO

P A T R V O

FILIALI AC DEVOTA PIETATE COLENDO

FELICITATEM PERPETVAM

NEPOS EX FRATRE

IO. FRIDER. CHRISTIAN. SPENER.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



VIR CONSULTISSIME DOCTISSIME
PATRVE VENERANDE

*N*oli mirari, VIR CONSULTISSIME, quod exiguum hoc
academicæ lucubrationis specimen, veteri clientum more,
TIBI dare, dicare, dedicare nullus dubitem. Memineris
saltim, ingenui esse, ut, cui remunerari nequeat, ei se pluri-
mum debere, quavis data occasione declaret, atque senties
memet nulla alia ratione ingrati hominis notam effugere po-
tuisse, quam si TIBI publicum quoddam devoti cultus atque
obsequii mei erigerem monumentum. Tanta enim, quibus, et
vino et denato meo patre, me larga manu ornare et augere haud
fuisi dedignatus, TVA exstant beneficia, ut, si filius TIBI
suis-

fuiffem, amabilis certe nil facere potuiffes, ac non dies me modo
fed et ipfae ingenii vires difcerent, fi numerum eorum inire,
nedum magnitudinem multitudinemque laudibus fat dignis
praedicare vellem. Accipias itaque, emixe rogitō, qualemcum-
que hanc deuoti et obferuantiffimi animi tefferam, beneuo-
lentiamque TVAM perpetuam miki ferues. Ego vero, De-
um precibus adire, non defnam, vt vitam TVAM, at quam
pretiofam! aduerfus omnes infeftas rerum viciffitudines fe-
curam praefiet tueaturque, fingulisque momentis apertiffima
ex alto fecundantis actiones TVAS benignitatis diuinae expe-
riaris documenta. Fiat. Vale, AVVNCVLE omni hono-
ris cultu venerande! et certius fis velim perfuafusque, talem
me femper futurum, qualem me effe oportet, fi vltioris fa-
uoris TVI, quo, fi in pofterum me amplecti digneris, felicif-
fimum me iudico, particeps fieri miki contingat. Dabam
Helmftadii D. XX Octobr. clolcccLXXXIII.



DISSERTATIO INAUGURALIS
LACINIAS
IVRIS ROMANI
RENOVATO IVRI LVBECENSI ADSVTAS
SISTENS.

I.

*Post migrationem Germanorum germanicos mores, in non paucis
Europae regionibus, receptos esse, ostenditur.*

Fremant licet rerum imperiti rudesque: dico tamen
ingenue, me discedere in searantiam et gentium
doctoris, puta, HVG. GROTHII, et iurispruden-
tiaegrotanti manus medicas adhibentis HERM. CON-
RINGII, quando hic, *videmus*, inquit a), *in Italia,*
Gallia, Hispania, Britannia Germaniaeque omni, post Ro-
manorum tempora nova quasi gentium Iura exorta, quae
non aliunde, quam ex antiquissimis Germaniae in-
stitutis presuunt, iste autem in haec verba erumpe-

A

bat,

a) H. CONRINGIVS Praef. ad Tacit.

bat, b) reuera factum esse, conspicimus, ut aliud ius gentium introduceretur, ex quo Germaniae nationes Europam fere omnem inuasissent. Sicuti enim olim iura graeca, deus romana, ita nunc Germanica instituta passim recepta sunt, et nunc etiam vigent. Ut mendacii arguantur laudari duumviri, et post suprema fata maximi, quae sequuntur, cauebunt huius rei exempla, in medium proferenda. Vnde quaelo factum esse, putas, vnde, ut exterae gentes Germanicae originis non solum legibus exprimerent, nuptias tunc demum intelligi, quando utraque coniux ingrediebatur lectum aduersam, sed ut inprimis etiam apud Gallos inualescerent paroemiae haec, *mariage est accompli, que les mariants couche ensemble* c) ac, *femme gagne son douaire a mesure son pied aux lit* d), nisi quod eae adoptauerint consuetudinem gentis theodiscae, qua, ad coniugii effectus civiles consequendos, nec deductio sponsi sponsaeque in ecclesiam, nec coram altari manibus implicitis exhibitus neogamorum consensus nuptialis, nec presbyteri benedictio, nec praesentia testium comedentium bellaria nuptialia, quibus coquendis per aliquot annos maiorem fumum non videbat vicinia, suffi-

b) H. GROTIUS *de iur. belli et pac. libr. II. cap. VIII. §. 1.* Ad stipulatur ei PETR. de LUDWIG *Consil. Hallens. Iurecons. cons. 330. n. 51.*

c) Adducit hanc paroemiam NIC. HENELIVS ab HEN-

NENFELD *Tract. de Dotat. cap. IV. §. 3.*

*) Illius meminuit PETR. de LUDWIG *Diff. de Matrim. Princ. per Procur. diff. VIII. cap. II. §. 2.*

sufficere videbatur, sed qua potius desiderabatur concubitus, aut saltem in lectum genitalem receptio feminae e) quae iam totis artibus concipit ignem inexperiencedem, et Lucina fauente mox discet illam difficilem artem, quam aegre discere solet totus mulierum ordo; puta parturienti? Unde porro accedit, ut et apud externos populos liberi, dum una cum bonis aduentitiis aliquam partem bonorum paternorum accipiunt, sui iuris esse dicantur f), nisi dicas, eosdem illos, hac in doctrina vestigiis Germanorum instituisse, apud quos liberi e mundo sine potestate exeunt, simulac certa bonorum parte assignata, redditisque bonis aduentitiis, res suas sibi habere, suos regere penates, suo sudore imposterum victum sibi quaerere incipiunt g)? Unde, dic quaeso, unde deriuandi sunt natales consuetudinis fere per totam Europam receptae, qua ad rem immobilem usucapione acquirendam, vel ad ius domini, fundum vindicantis, praescriptione excludendum spatium triginta annorum sufficit h), nisi ex Iure

A 2

Ger-

e) Legisse non poenitebit viri, de iuris prudentia germanica optime meriti, IOH. CAR. HENR. DREYERI *Lib. de usu tur. Anglo Sax. p. 97. n. 14.* ac CH. FRID. HARPRECHTII *Diff. de Consc. tori coniug. et eius effectu inuid.*

f) Gentes, apud quas liberi diuina ratione exeunt e patris potestate, memorat FERD. CHR. HARPRECHTIVS *Diff. de Separ.*

liberor. ab acon. patern. §. 4.
Inserita legitur viri b. *diff. vol. 1. p. 79.*

g) Legas, si placet, Magn. HERM. GEORG. BVNEKAV *Diff. de separas. Bon.*

h) Si, populos nosse, cupias, qui acceperunt usucapionem German. tricennariam: euoluas quaeso CHR. GOTTL. RICCII *Comm. de Praesct. Germ. cap. V.*

Germanico antiquo, quo dictum temporis spatium nomine saeculi veniebat i), atque quo proin omnes illi exceptione tuti erant, qui triginta annis rem immobilem possederant? Unde insuper evenit, ut, alia silentio praetereo, iura Castellanae, Arragoniae, Lusitaniae probeant placita, quae volunt, ut debitores nimium obaerati addicantur ad manus creditorum k), ni adfirmes, augustam iuris Germanici maiestatem, suis finibus non contentam, memoratas terras occupasse? Ac, num te, ad cuius tribunal defero specimen hoc inaugurale, num te fugit, Germanos, quum Imperatores Romani variis modis vexare illos non cessarent, in arctiores societates coisse, diversasque gentes, quas inter Suevi, Gothi, Franci, Ostrogothi, Wisigothi, Burgundiones, Saxones inclauerunt, Romanorum inuasionibus, terras suas liberasse, sed et relictis patriis laribus, victrices copias vicinis Romanorum prouinciis intulisse? Credisne vero, populos hos, quibus quidem armorum praecipua cura fuerat, sed in quorum annalibus vetustis nullus occurrit, qui

*Dicere saepe foro, turpique inbiare lucello,
Gaudet, et hoc studio vitam solatur inertem,
Venali celebrans commissa negotia lingua l),*

consuetudines suas domi reliquisset, quum in Italiae oris
fixas

i) Huius rei testis est PLINI-
vs *Hist. Nat. lib. XII. cap. II.* cap. XI.

k) id testatur ANT. de GO- 1) SAXO GRAMMAT. *in sit.*
MZZ. *Resol. variar. tom. II.* lib. VI. sub *Ingello* p. 119.

fixas sibi, posterisque suis stabilirent sedes. Tantum, crede mihi, tantum abest, ut, apud quam plus valebant boni mores, quam alibi leges scriptae, iura non scripta tamquam sarcinam inutilem relinqueret Thuisstonis gens, ut ea potius adferret, haecque in devictarum gentium iura scripta sese implicarent. In Italiae provinciis me hercule! iusto citius mores germanici notiores erant, quam romani. Testes requiris, dabo: Et quem meliorem LIVITPRANDO, legumlatore? Is ira dicit m), de scribis hoc prospeximus, ut, qui chartam scripserit, siue ad legem Longobardorum, quae apertissima et pene omnibus nota est, siue ad legem Romanorum, non aliter faciat, nisi quomodo in illis Legibus continetur. Fallor, aut etiam in eo later ratio, quare et in ipsa Pontificum edicta sacra immanarunt capita Iuris Germanici non pauca. Ne aenigmata nectere videar, prouoco ad sententiam concilii Triburiensis, qua nobilis homo et ingenuus, si in synodo accusatus crimen negasset, cum duodecim ingenuis se expurgare tenetur n). Sententiam hanc Germanicos mores redolere, fatebitur is, qui, annalium monumentis edoctus, in memoriam reuocat, Germanos veteres illud solenne seruasse, ut, circa singulorum controuersias, integrae familiae non solum in iudicio comparerent, easque prosequerent-

A 3

ren-

m) Euoluas quaeso *leges Longobard. l. 27. 7.* apud PETR. GE-

p. 1074.

n) Obuia legitur *cap. I. X. de purg. can.*



rentur o), sed vt etiam rem non vnius, siue actoris, siue rei, conscientiae committerent, ac pro causae grauitate exigerent, vt vna cum litigante primario plures alii agnati, hisue deficientibus peregrini iurarent, quos consacratamentales vocari constat p). Probationem non pro lubitu, sed demum post iudicis sententiam, vires rei iudiciae nactam, suscipi posse, praecipiant Iuris Canonici placita q) ac hae proin probant, mores veterum Germanorum, qui talem interloquendi morem sancte obseruabant r). Voculae insuper in Gratiani decreto, ac in decretalibus epistolis Pontificum conspicuae, bannire et bannum s), werigeldum t), obstagium u), emenda w), dotulitium x) datio ad firmam y), treuga z), plegiarum a), feoratio

o) Evolvas, praeter IO. CAR. HENR. DREYERI *Anmerk. zum Gedicht Reinke de Vos*, p. 45. IOH. CH. ION. FISCHERI *Not. ad Carm. de Prima Exped. Atiliae Reg. Hunn. ac de rebus gestis Walibarii* v. 187.

p) De illis nemo accuratius egit CAR. DU FRESNE *Gloss. lat. voce sacram.* p. 146. tom. II. IUNGAS IUL. FRID. MALELANCII *Doctrinam de iurciur.* p. 474 sq. et IOH. FRID. WEIDLERI *Diff. de Sacram.* §. 17 sq.

q) *Cap. 9. X. de probat.*

r) *Id.*, praecedente AVCTORE *des Rechtssteiges über das Land-*

rechts, cap. XVI., docuit IOH. GOTTL. HEINECCIUS *Elem. Iur. Germ. lib. III. §. 255 sq.*

s) *c. 2. C. 15. qu. 4., cap. 9. X. de praescript.*

t) *C. 26. C. 17. qu. 4.*

u) *Cap. 9. X. de iurciur.*

w) *Cap. 23. X. de V. S.*

x) *C. 10. C. 36. qu. 2.*

y) *Cap. 2. X. de locat.* Explicationem de hoc vocabulo inuenies in FRID. BRUMMERI *Opusc. p. 385.* et IOH. GEORG. ESTORIS *kleine Schriften* p. I. p. 158.

z) *c. 25. C. 24. qu. 3.*

a) *Cap. 19. X. de iurciur.* Corrupta est igitur lectio edit. plerarum.

tatio b), inuestitura c), sistunt indubitata iuris Germanici exempla, quae et vel ipsum ius canonicum complectitur, quatenus sacra non tradit d). Mentiari, si per pauca haec exempla ponderans dixerim, Germanorum migratione mores, in alma Germania ortos ac nutritos, solum natale reliquisse? Mentiari, si, et hoc euenisse, adfirmauerim, ut post adoptatas consuetudines germanicas in Italia victi a Teutonibus Romani pene in Semi-Teutones conuerterentur? Mentiari, si praecunibus GROTIUS ac CONRINGIUS contenderim, ab eo inde tempore, quo nationes Germanicae Europam fere omnem inuaserunt, euenisse, ut Germanici mores ac instituta passim, vti olim Graeca, recepta fuerint? Dubito.

II.

At et in iura germanica particulas iuris civilis migrasse, et proin statuta, iuris peregrini laciniarum adfutas sistere, docetur.

Igitur licet Germanorum migrationes, quarum mentionem ieiici, magnam iuris mutationem, in non paucis Europae prouinciis inducerent: negari tamen nequit, et ipsam

rumque, in quibus *Plagiaris* reperitur pro *plegiariis*. Vide, praeter IUST. HENN. BOEHMERI *Not. 31. ad cit. cap.*, EMAN. GONZALEZ TELLEZ *Com. perp. Decret. tom. II. p. 555. not. f.*

b) *Cap. I. X. de consuet.* Adde

GVNDLING. p. VII. p. 163.

c) *Cap. 22. dist. 63.*

d) Legisse non poenitebit GEORG. LVD. BOEHMERI, *Comm. de Reliqu. iur. publ. in iur. can. et CAR. FERD. NOMMELII Lib. de iur. can. ex Germ. Lsg. explicando.*

ipsam gentem Thuisfonis, dum suos mores deuictis populis commendare gestiebat, peregrinarum legum contagione corruptam esse. Insulse ex iure Quiritium legibus germanicis hinc inde,

*Purpureus, late qui splendeat, vnus et alter
Adfuitur pannus.*

Hoc dictum, mea opinione longe verissimum, ne mihi casu excidisse videatur, flores paucos, in latio natos, sparfosque in legum antiquarum Germanicarum area, colligam. Quae de testamentis e), ac de peculio filiorum familias f), praecipunt leges Wisigothorum: ea redolent ius Romanum. Si insuper curate intuearis illam legum formulam, quam Burgundiones proponi curauerunt, ac quam sub splendido titulo Papiniani Responsorum, non tamen sine corruptione g), venditandi gratia prodidisse h) constat; si dein ponderes doctrinam de testamentis i), de restitutione minorum ante aetatis annum tricesimum k), de manumissionibus l), quae deprehenditur in legibus Burgun-

e) *Leg. Wisigoth. lib. II. tit. V. 13.* apud P. GEORGITSCH p. 1907.

f) *Leg. cit. lib. IV. tit. V. 5.* p. 1975.

g) Omnium primus felici ratione hoc detegebat FRANC. CAR. CONRADI *Parerg. lib. I. p. 96.*

h) Eam insertam inuenies in ANT. SCHVLTINGII *Iurispr.*

Antei. p. 327.

i) *Leg. Burg. tit. XLIII. 1.* apud GEORGITSCH p. 367. Si plura de statu regni Burgundici, legibus et moribus, nosse cupis, ad eas IOH. IAC. MASCOWII *Obs. III. p. 9 sq.*

k) *Eadem tit. LXXXVII. 3.* apud GEORGITSCH p. 394.

l) *Tit. LXXXVIII. 2.* apud EVNDEM p. 395.

gundionum: adfirmabis, iurare auferim, hanc gentem adsciuiffe placita Iuris Quiritium. Dubio procul idem iudicium feres de edicto Theodorici, Ostro-Gothorum Regis, si non obiter et oscitanter, sed serio et pensiculate perpendas haec, sub finem huius edicti conspicua verba, *quae ex nouellis legibus, ac veteris iuris sanctimonia pro aliqua parte collegimus m)*; sique his iungas, quae edictum hoc de possessore, nec titulum edente, nec probante n), de fideiubente muliere o), de re a duobus emta et vni tradita p), praecipit. At quare timor mixturam iuris romani cum legibus germanicis ea temporis periodo latis, qua, nescio, quis heroicus spiritus ita plerosque inuaserat, vt, caedes numerare ac mereri vulnera, maius decus haberent, quam assidua litterarum exercitatione pallefcere, vtque insuper sagum toga splendidius putarent, ac nomina Caesaris, Hermanni, Attilae maiori laude efferrent, quam Solonis, Lycurgi, Iustiniani? Prius charta deficeret, quam documentorum enumerandorum copia de legibus romanis, quae in consuetudines domesticas ea aetate transiebant, qua singularis, quae fata mortalium regit, Numinis prouidentia hominem, natione Germanum q), opinor,

B

Wer-

m) *Edictum THEODORICI*
in PETR. GEORGISCH *Corp.*
Jur. Germ. p. 2235.

n) *Edict. cit.* §. 132. p. 2231.

o) *Idem* §. 133. *ib.*

p) *Idem* §. 133. p. 2232.

q) Ita mecum statuunt PIERRE BAYLE dans le *Diction. Histor. et Critique* voce Iudicium et HENR. BRECKMANNVS *Histor.*



Wernerum suscitauerat, qui ius romanum summa nominis celebritate publice explicandum suscipiebat. Dicitur vix potest, quam ingens tunc in alma Germania pretium legibus romanis accresceret, maxime quum plerisque, qui ad academias, Bononiensem inprimis ac Parisinam, iuris ciuilibus discendi gratia iter fecerunt r), ob domesticos mores incertos forderent leges patriae, atque tantum non fere omnes tam dulcis persuasio teneret, germanicum imperium esse veteris illius romani laciniam, quod legibus antiquitate, aequitate ac conditorum maiestate praecellentibus, quasi postliminio restituendum esset s). Quum enim iuuenes germani in academiis Italicis vtrumque ius didicissent, ac secum in patriam reduxissent; quum iidem insuper, simplicitate morum domesticorum offensi, quoniam, hos et vel a plebe indocta facile percipi posse, intelligebant, suam scientiam inutilem esse percepissent: omnem operam dederunt, vt, obliterando iure germanico, e traditis moribus magis quam litterarum documentis constante, leges romanae introducerentur, aut hae saltem

istoria MS&ti florent. lib. I. cap. V.

r) Id testimonium virorum, omni exceptione maiorum, citatis docebat EVRCH. GOTTL. STRVVIVS *Hist. Iur.* p. 533. Adde HERM. CONRINGII *Antiq. Acad. Diss. I.* ac GEORG. GODOFR. KEVFELII *Hist. Schol. inter Christ.* §. LXXX.

s) Euoluas, praeter IOH. DAN. ab OHLenschLAGER *Geschichte des Röm. Reichs in der ersten Hälfte des vierzehnt. Jahrhunderts* p. 373. DAN. GEORG. STRVBENII *Nebenstunden tom. V* p 12 sq. et HENR. CHRIST. a SPENCKENBERG *Metb. Iurispr.* Adp. III. §. 48.

germanicis consuetudinibus admiscerentur. Nescio, annon et vel in hoc adducto fundamento lateat ratio, quare et ipsum iudicium curiae imperialis germanicum, regnante FRIDERICO II. Imper. adornatum, in stylo curiae sequebatur italicum iudicium curiae imperialis t), quod eadem aetate ordinem, in litigiosis causis adhiberi solitum, ac in primis sententiarum formulas emendauerat u)? Et ipsi duumviri, qui, condendo utroque speculo, Saxonico puta ac Alamannico w), curas omnes cogitationesque eo referebant, ut ne communis patria consuetudinibus domesticis vltimum vale diceret, et hi duumviri, dicam, non pauca capita e Quiritium placitis utriusque speculo admiscebant x), vel quod fines patriarum legum ac romanarum non satis cognitos habebant, vel quod mores

B 2

patrii

t) Hoc exemplis, quae adducebat perill. IOH. HENR. E. B. ABHARTFRECHT *Stat. Archiv. tom. I. p. 95.*, docuit III. FRAESIDIS nepos ex sorore WILH. GOTTL. TAFINGERVS *diff. bonnae frugis plena de Orig. Iudic. Civ. Imp. ital. et german. et vtriusq. inter se nexu §. 30.*

u) Amplissimam huius rei expositionem exhibet *Comm. de claris archigymn. bonon. profess. a Saec. XI. usque ad XIV. tom. I. Bonon. 1769.* editus.

w) Id affirmo cum IOH. GOTTL. GÖNNE *Diff. de Commento Spec. Sueuici, nec non iuris*

Sueuici, quod in illo haberi creditur. Nam auctor huius Speculi lectorem non ad vltimam Sueviae, sed ad singularum provinciarum iura ablegat. Codices manuscripti insuper non sueuici, sed iuris communis collectionem praefertunt, donec MERCHTOR GOLDASTVS inscriptionem Speculi Sueuici praefigere auderet.

x) Conferas velim IOH. MART. SILBEKRADII *Noz. ad IOH. GOTTL. HEINECCII Hist. Iur. libr. II. §. 80.* ac IOH. SAL. BRUNQVELLI *Hist. Iur. p. III. m. II. cap. 10. §. 16.*



patrii consensere incipiebant, ac in iis conspiciabantur capita, quibus auditis risum vix tenere poterant doctores, in principum palatiis curisque causas ad iurium ciuiliū principia decedentes, vel quod ius romanum vsu fori iam ita inualescebat, vt eodem extirpando sese impares sentirent y)? Quid? quod, licet iisdem ferme temporibus ciuitates, in quibus Scabini, non nisi morum domesticorum periti, auctoritate maxima pollebant, manibus pedibusque enixe agerent, ne placita iuris Iustiniānei, intra ciuitatum moenia reciperentur, ac licet proin praesides ciuitatum vel conderent, vel in litteras primum redigerent statuta: negari tamen nequit, auctores horum statutorum, hac aetate confectorum, togae se pro dolor inuoluisse, ac sese totos Quirites existimasse, quum non paucas doctrinas, in Latio natas ac enutritas, statutis condendis subiicerent. Inde tot querelae, quibus personae curiae de laciniis iuris romani adfatis primariarum in Germania urbium statutis. Nec a labe hac immixtarum legum romanarum immunia sunt perinclita illa, e statutis perdulcis meae patriae profecta z), statuta reipublicae

y) Vide EVCH. GÖTTL. RINCKII Diss. de Speculo Sax. § 5. sq.

z) Id probatur ex ARNOLDI LVBEC. Chron. Sclauorum lib. II. cap. 35. Nam de Lubecensibus, quum vrbs illorum a ERIDERI-

CO caperetur, haec profert, verum, priusquam ei ciuitatem aperuissent, exierunt ad eum, rogantes, vt libertatem ciuitatis, quam a duce traditam habuerunt, secundum IVRA SOSATIAE possiderent. Me quidem non fugit, HERM.



cae Lubecensis, quae caeterum non modo ob miram, qua adornata sunt, concinnitatem, perspicuitatem, praestantiamque, in non paucis Germaniae et exterarum regionum prouinciis tanto plausu excepta sunt, ut et aliae ciuitates ea adoptarent a), sed quae insuper etiam gloriam suam retinuerunt, postquam auspiciis amplissimi Senatus anno post Christum natum **MDCLXXXVI. 10H. LV-DINGHAVSEN** **Cof.**, **CALIXTVS SCHEIN** Syndicus, **GOTTSHALDVS de SLITEN** Senator censum statutorum

B 3

insti-

HERRM. CONRINGIVM, *Comm. de Orig. Iur. Germ. cap. 28*, et **CASE. SAGITTARIVM** *Hist. Bardoviccia cap. VI. §. 55 p. 215.* adfirmasse, loco *Sofutiae* legendum esse *Holfutiae*. At vulgarem lectionem, codicibus non contemendis probatam, secundum iura *Sofutiae* nimirum, praeter alios defendunt **HENR. MEBOMII** *Auus Not ad Witich. Ann. tom. I. Script. rer. germ. p. 32.* ac **Nepos Introd. ad Histor. Sax. Infer p. 88.**, **FRN. IOACH WESTPHALIVS** *Praef. ad tom. IV. monum. ined. p. 130 not o.* ac **ill. FRANC. DOM. HAEBERLIN** *Annot. ad stat. Susatensia lat. p. 4 sq.* Quod et ex eo vero similis sit, quia inter primos Senatores Lubecenses in membrana, quae Lubecae seruat, feriem Senatorum Lubecensium continente, textus **VOLKWINVS**

VON SOEST et decimus octauus **HERRM. V. SOEST** dominantur. Ex quo sequitur, Senatores hos *Sufatenses* fuisse, cum secundum consuetudinem illorum temporum et in hac membrana, Senatores e loco, quo nati essent, cognomen recipere. Vid. **MELLENS** *gründliche Nachricht von Lübeck p. 26.* Ac proin mihi probabile videtur, aut quia Senatoribus his *Sufatense* notum erat ius illud ab **HERR LEONE** impetratum; aut, quia ius illud Lubecensibus datum et his notum erat, hos senatores creatos esse.

a) Testes huius rei sunt **CH. GOTTL. RICCIUS** *zuverl. Entwurf v. Standgef. cap. V. VI. VII* et **IOH. SIEBRANDVS** *Bisll. de Lubecae et Vrb. Anseat. iur. publ. cap. 10.*



instituebant, singulas eorum sectiones lustrabant, ac, quae tempus inutilia fecit, capita tam mitigabant, quam plene rescuebant, nouaque addebant b). Dolent vero cordatiores, et iure dolent, particulas quam plurimas Iuris Iustiniani et in hoc Ius Lubecense recentius emendatum transisse. Nullus, quantum ego quidem scio, eas particulas stilo viteriori illustrauit, licet caeteroquin quibus rerum peritus fateatur, hanc diuersorum iurium immixtionem meras anomalias inducere, adeo, vt interpretes non rarentes incidant in quasi scepticismum iuridicum, atque contrariis variorum iurium praeceptis fere vt carina concutiantur,

*Quam ventus rapit, ventoque contrarius aestus,
Vim geminam sentit, paretque incerta duobus.*

Igitur, dum sibi rebusque suis bene consulunt, qui romanorum instituta a iure non scripto germanico diligenter et curate fecernunt, dumque insuper Vir prudentia, auctoritate innumerisque meritis grauissimus IOH. CAR. HENR. DREYERVS mihi auctor suasorque fuit, vt *Lacinius iuris romani iuri Lubecensi recentiori emendato adfutas* penicillo adumbrarem, hilari mente specimen hoc ad tuum tribunal defero. Quam bene perfunctus sim labore hoc, lectoris nunc erit, cui lubet, iudicare. Tu vero

Phoebe faue. Nouis tua templa intrat sacerdos.

III.

b) Evolvas, si plura de causis emendati iuris Lubecensis nosse cupis, WOLFG. AD. SCHOEFF. FII Praef. ad MEVII Ius Lubec. ac IOH. LVC. STEINII Einl. in die Lübecksehe Rechtsgel.



III.

*Laciniæ iuris romani generales, iuri Lubecensi recentiori emendatæ
adfutæ, deteguntur.*

In tanta rerum dicendarum multitudine, qua ita ferme obruor, vt ipsa copia ad inopiam penitus redigar, quid primo, quid secundo loco proferam? Declinabo dubio procul censuram, si primum attingam inscriptiones articulorum iuris Lubecensis recentioris emendati. Ni omnes, saltem plerique tamen, produnt adfutæ iuris romani laciniæ. Hoc illicet exinde patescit, quoniam conditores iuris Lubecensis recentioris emendati Senatores reipublicæ Lubecensis encomio, iure ciuili vtitato, decurionum insignire non erubescabant c). At erronee, opinor. Quis enim ignorat, senatores, de quibus sermo, seu membra senatus Lubecensis vniuersum populum, ac ciuitatem integram repræsentare, eosdemque participes esse iuris legum ferendarum? Quis nescit, officia illorum eo conspici, vt curent salutem publicam, vt suum unicuique tribuatur, vt intersint non modo quibusvis conuentibus, de republica cum laude et ad commune commodum administranda, instituendis, sed vt etiam ferant suffragia? Quis abnegat, senatores nostros dignitate singulari gaudere, ac, dum amplissimo huic ordini non adscribatur e numero vilium hominum, quos

--- §2 ---

c) Vide Inscriptionem *Iur. Lub. Libr. I. titul. 1.*



- - - *series inhonora parentum*

Obscuros proavis, et priscae lucis expertes

Infima de stirpe tulit.

non facile quempiam defugere curiam, si ad Senatoris dignitatem sit euehendus. Aliam sortem, et conditionem plane aliam, fortiebantur illi, quos ius romanum titulo decurionum insigniebat d). Tractabant in municipiis colonialisque publicam pecuniam, erogandam decernebant, providebant, ut ne annona deesset. Curatores frumenti, oleiue comparandi, vel etiam operum publicorum causa, nec non syndicos et tutores suo periculo constituiebant. Tributa, census, legata municipiis relicta eorum sollicitudine et vigilantia exigebantur, omniumque in vniuersum rerum, quae municipiorum administrationem concernebant, onus eis imponebatur e). Quum ratione personae aequae ac facultatum curiis ita addicti essent, ut adscriptitiae conditionis haberentur; mirum videri non debet, si audias, eosdem non modo militia f), ac vectigalium publicorum, alienarumque rerum quarumlibet conductione procu-

d) De decurionibus confertas interpretes tit. *Cod. Theod. et Iust. nec non Pand. de Decur. Iungas EMVND. MERILLII Obs. lib VII. cap. 26.*, EB. OTTONIS *Lib. de Aedil. Colon. cap. 5.*, IOH. WASTEAU *Diff. de Iur. et Iurisd. munic. cap. 3* Inserta legitur GERH. OELRICHI

Thef. diff. belg. vol. II. tom. II. p. 233.

e) Testimonia, quibus haec firmari possunt, attulit BARN. BRISSONIVS *Sel. ex Iur. civ. ant. cap. 12. fol. 107.* edit. Lud. CIDOCCLIX.

f) *L. 51 et 55 de decur.*

procuracioneque exclusos g), sed etiam christianos poenae loco ab impiis principibus municipiorum curiis adiectos fuisse h). Mirum hinc videri non debet, si curiam, quoad posset, quisque defugeret. Considerato hoc momento dubio procul mecum adfirmabis, conditores iuris Lubecensis Senatores nostros titulo decurionum sat incongrue denotasse.

Mentiarne, si docuero, infulsas iuris romani lacinias iuri Lubecensi assutas eo etiam conspici, quod vocula municipalium ciues reipublicae Lubecensis designati sunt i). Parum recte, statuo. Vocula enim haec, iure civili vsitata, si modo primarium significatum k) illius ponderas, denotabantur ciues romani in municipiis, qui legibus suis ac suo iure utebantur, muneris tantum cum popu-

g) *L. 30. C. locati, l. 2. §. 1. de adm. rer. ad civ.*

h) Consulās I WASTEAV I. c. p. 275. Imo et alios interdum ob delictam poenae loco curiae mancipatos esse, ex *Neu. 123. et L. 1. ac 7. C. Theod. de filiis milit. appar. et veter.*, annotauit AEG. MENAGIVS *Amoen. Iur. Ciu. cap. 3.* Si, quosdam honoris causa decurionibus adscriptos esse, legas, ceu eius rei exemplum fuisse CICERO *Orat. pro Coel. cap. XI.* id forsitan factum, quod hi dignitatis tantum, sine onere,

participes fierent. Latet forsitan in eo etiam ratio, ob quam collegium decurionum in municipiis eodem cognomine insigniebatur, quo Senatus romanus. Vide IOH. GOTTL. HEINECCI *Ant. Rom. lib. 1. append. cap. 5. §. 123.* et CAR. SIGONII *de Ant. Iur. Ital. lib. II. cap. 8.*

i) Vide inscriptionem *iur. Lub. lib. 1. tit. 11.*

k) legas, praeter GELLII *Noct. Att. lib. XVI cap. 13.*, EZ. SPANHEIMIVM *Orb. Rom. Exerc. I. cap. 12 §. 70.*

C

populo romano honorarii participes, nullis aliis necessitatibus, neque vlla populi romani lege adstricti erant, ni populus eorum fundus factus est.

Falsane protulerim, si dixero, et in ipsa methodo, quam in labore hoc conficiendo adhibuerunt auctores iuris nostri, deprehendi vestigia paulo illustriora laciniarum iuris romani, iuri Lubecensi emendato adfuturum. Dum iidem enim deprehendebant, collectiones veteres iurium domesticorum, veluti statuta mese patriae, sub nomine Schraae nota, virumque insuper speculum, Saxonicum et Alamanicum, iura non scripta tradere ratione admodum inordinata: iidem, e re sua esse, arbitrabantur, ordinem istum sequi, quem conditores institutionum iustinianearum adhibebant. Distinctionem iuris romani, qua omne jus pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones 1), loco fundamenti non ruinosi receperunt. Quare primum de iure personarum, tamquam iuris obiecto omnium primo, egerunt. Deinde versati sunt in explicando iure rerum, quatenus ius Lubecense complectitur singulare quidpiam, prout hoc exempli gratia deprehendimus tam in modo acquirendi dominium, quam in iure haereditario. Transferunt porro ad ius ad rem, ponderantes quatenus personae aut vi initaee conventionis aliquid facere dareve tenentur, aut quatenus vi facti illiciti obstrictae sunt

1) *J. ult. I. de iur. nat. gens. ac civ.*

sunt. Traditis hisce iuribus proponebant tandem ea, quae spectant ad legitimam causarum litigiosarum disceptationem ac decisionem m). At cur lectoris patientia abutar recensendis laciniis generalibus iuris romani, emendato iuri Lubecensi assutis? Inuestigemus potius vestigia laciniarum specialiorum adsfutarum.

IV.

A conditoribus iuris Lubecensis emendati introductam quidem esse, docetur, bonorum omnium communionem, olim in Germania ignotam.

Nullus negauerit, nepotes Teutonis, quamuis fera iuuenum venus esset, aures beneuolas dedisse naturae legi, quae vult, vt masculi habeant fortunarum, laborum, periculorumque socias, quibuscum thalami communionem diuidant et quotidiani sermonis, quibus omnia credant, animi secreta pandant, totos se aperiant, quae regant penetralia, viros ad omnia iuuent, adfent consiliis, laetis casibus adplaudant, tristibus consolentur, curent, vt cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum, vt potus humor ex hordeo et lupulo aut frumento in quamdam similitudinem vini corruptus, breuiter, vt mensa ac omnia sint in parato. At opinionum dissensione discrepant eruditi, num TACITI? num CAESARIS aeuo haec arcta sanctaque societas eum effectum

C 2

forti-

m) Conferas SAM. STRYCK-
xii Diss. de iure Lubec. ad me-
rhod. Instit. sub iur. commun. dif-
ferentis.

fortita sit, vt superstes coniux iure communionis ad totam haereditatem vocaretur? an vero finita hac societate solummodo partem adhaerens sortiretur? Animus non gestit, me immiscendi hisce altercationibus enarratis a GEORG. LVD. BOEHMERO D), CH. GOTTL. HOFFMANNO O), ac, quem primo nominare pietas exigebat, avunculo meo pie denato, HENR. BROCKESIO P). Id vero adnotasse, e re mea erit. Adserunt ii, inuitis rerum monumentis, qui adfirmant, apud omnes peraeque populos originis germanicae viguisse omnium rerum communionem Q). Nec enim vola, nec vestigium talis communionis legitimae reperies in legibus Alamanorum R), Baiuvariorum S), Burgundionum T), et, vt alias silentio praeteream, Longobardorum U). Neque timesco, quae proferunt antiqua fragmenta legum, quas debemus Wigothis W) Francis X), Westphalis Y). Si ea enim lu-

stra-

n) G. L. BOEHMERVS *Diff. de Iur. et oblig. ex comm. bon. uniu. §. 6.*

o) C. G. HOFFMANNVS *Diff. de Comm. bon. coniug. §. 1. not. b.*

p) H. BROCKESIVS *Sel. Obs. For. obs. 17. §. 5 sq.*

q) Ingenio magis, quod pace sua dixerim, quam iniuribus scriptis, inuitantur, quae de antiqua bonorum communionione protulit Illustris, quem veneror, FRID. CH. ION. FISCHER. *Versuch der Geschichte der Deutsch. Erbfolge*

cap. VI. sect. 3.

r) *Tit. XV. apud P. GEORGESH p. 219.*

s) *Tit. XIV. cap. 6. apud eundem p. 308.*

t) *Tit. LXXIV. p. 386. apud eund.*

u) Euoluius ROTHAR. *leg. cit. 182. ib. p. 914. et LVITFRANDI lib. II. cap. 1. p. 1031.*

w) *Lib. IV. tit. II. §. 16 ap. eund. p. 1061.*

x) *Vid. Capitul. Lib. IV. cap. 9. Vox collaborauerunt, in hoc capi-*

stramus: fatendum est, dictos populos, prisca quidem moris tenaciores, voluisse, ut superstes coniux matrimonio soluto contenta esset parte adhaerens. Tandem vero, nescio, quo fato accidit, ut saeculis subsequenter et illi populi nationis germanicae reciperent communionem omnium bonorum, qui illius usum antea respuebant. Inde dicebatur tam iure provinciali Saxonico, Mann und Weib haben nicht gezweyer Gut zu iren Leibe z), quam Suevico, Mann und Weib mögen nicht gehalten Gut gezweyer; Stirbt einer Frauen ihr Mann, sie bleibet in des Mannes Gut ungetheilt mit ihren Kindern a). Hinc etiam tempore recentiori in perplurimis statutis, memoratis a IVST. HENN. BOEHMERO b), CH. GOTTL. HOFFMANNO c), NIC. HENNELIO d), CARL. GOTTL. KNORRIO e), FR. GVIL. PESTELIO f), ER. ES. A. PVEFFEN-

D O R F

capitulo conspicua, pro acquisitione sumi, testis est HOFFMANNVS / c p. 15.

y) Conferas *Leg. Sax. tit. IX.* et ea, quae ad eam legem protulit CAR. WILH. GAERTNERVS p. 87.

z) *Lib. I. art. 31.* Patet quidem IOH. GOTTL. HEINECIVS *Elem. Iur. Germ. P. I. § 274. in not.* nullo sensu legi, zu irem Leibe. Ex antiquo idiomate Saxonico id interpretandum, ac loco illius substituendum zu öhrem Live. Voculam Live vero

denotare das Leben. At mutationem veto. Nam phrasis zu irem Leibe denotat, coniuges habere nihil dividuum, quoad morte alterutrius coniugis matrimonium nondum finiebatur.

a) *Cap. XXXIV. et XLVI.*

b) I. H. BOEHMERVS *Exercit. sexag. ad Pand.*

c) *Diss. cit.*

d) N. HENNELIVS *Traet. de Comm. Bonor. inter coniug.*

e) C. G. KNORRIUS *Rechtl. Abhandl. IX.*

f) z.



DORF g), HENR. ARN. LANGIO h) doctrina de coniugali bonorum communione recepta et confirmata est, ita tamen, vt alia statuta vniuersalem; alia particularem seruent; in aliis nonnisi eius vestigia deprehendas; alia genuinam eius indolem expriment; alia iuris peregrini lacinias iungant. Hinc etiam natae formulae Huth bey Schleyer, Schleyer bey Huth; Leib an Leib, Gut an Gut; längst Leib, längst Gut; der Letzts macht die Thür zu, quibus barbaris formulis infucati amoris tantum, aut certe non multo minus inesse viderur, quam illis blanditiis Horatianis, Veneris et Gratiarum plenis,

Tecum Viuere amem,

Tecum obeam libens.

Quod etiam conditores iuris Lubecenses voluerint, vt inter coniuges, vinculo matrimonii nondum dissoluto, bona coniugum omnia indiuisa essent, nos dubitare non sinunt praeter alia et hae formulae iuris Lubecensis, das rheiler das Gut - - welche mit ihme ingesamnten Gut gefessen i), - - gemeine Gut k). Iura insuper ac praestationes, quibus coniuges inuicem fruuntur, iuxta renorem iuris Lubecensis supponunt, bona inter coniuges diuisa non esse, quam diu durat connubiale foedus. Aut vero fal-

f) F. W. PESTEL *Disqu. iur. de Comm. Bonor. inter coniug. germ. de Coni. success. ab int. cit. loc.*

g) F. E. A. PUFFENDORF *tom. I. obs. LXXXVI.* i) *Ius Lub. part. II. tit. II. art. 6.*

h) H. A. LANGIUS *Tr. germ.* k) *P. II. T. V. art. 26.*

fallor, aut iure summo inter has obligationes, talem communione inferentes, refero tam praescriptam diuisionem bonorum coniugalium, defuncto vno altereue coniuge instituendam inter superstitem et liberos aliosue haeredes l), quam obligationem e bonis communibus aes alienum mariti soluendi m), necessitatem insuper rationis reddendae tunc impositam coniugi superstiti, si de nuptialibus tædis secundis cogitat n). Praecipuum vero huius communione bonorum omnium finem conditores Iuris Lubecensis emendati in eo possisse, dubio caret, vt eo faciliori ratione onera matrimonii sustineri possent. Quam enim inter coniuges facile oriri queant contentiones, vtrum mariti? an vxoris opes potiores esse debeant in sumtibus suppeditandis, si nec legibus nec pactis aliquid hac de re cautum esset: communionem bonorum coniugalium, putarunt, optimum remedium esse, quo auerti possent dissidia intestina, quibus turbaretur facile dulcis ista inter coniuges vitae consuetudo? Vnum enim iam adest, quod vtrique coniugum ratione omnia bonorum competit, dominium: iura eadem, quibus maritus et vxor gaudent, et obligationes eadem e bonis communibus praestandae sunt, ita, vt rationem horum iurium vtraque coniux quasi vnam

per-

l) P. II. tit. II. art. 2 et 16.

m) P. I. tit. V. art. 7.

n) P. II. tit. II. art. 21. Jun-
gas, quae sub praesidio CAR.FRID. WINKLERI defensa est,
IOH. GOTTL. FÜRSTENAV
Diss. de Dispos. usufruct. maris
viduae c. iure Lubec. §. 14.



personam repraesentet, nisi quod tutela, quae marito iura germanica vindicant, illam communionem iurium aequae ac obligationum circumferibat, et marito quaedam iura praecipua tribuat o).

V.

Nec tamen hanc doctrinam de communiōe bonorum omnium coniugali immūnem mansisse a laciniis iuris romani assuatis, docetur.

At, quod omnino mirandum est, doctrina haec germanicae originis de communiōe bonorum omnium coniugali splendet pro dolor adfatis laciniis iuris romani. Ne temere id dixisse videar, adducam haec legis verba p),

wird ein Mann wegen Schuld flüchtig, hat er dann mit seinem Weibe Kinder, und ist die Schuld bekenntlich, oder wie Recht erwiesen, so soll dieselbe bezahlt werden von ihrer beyderseits Gut, Haben sie aber mit einander keine Kinder, und ist der Mann flüchtig, so nimpt die Frau ihren Brautsehatz, Kleider, Kleinodien und jungfräulich Eingedempfte, welches sie ihm zugebracht zu Voraus, Von dem andern Gut zahlt man die Schuld, es wäre dann, daß die Frau mitgelobet, welches doch dubio zu verstehen,

o) Vide IOH GOTTL HEINECCI Diff. de Marito tutore et curat. uxor. legit. cap. II. §. 1 sq. Inuenitur in IPSIUS Operib.

tom. II. p. 89.

p) Ius Lubec. parz. I. tit. V. art. 7.

bet, wenn sie eine Kauffrau gewesen, oder ihrer fräulichen Gerechtigkeit erinnert, und sich derselben verzeihen, so muß sie mitzahlen helfen.

Loquitur altera huius articuli sectio de matrimonio improli. Adest vero illud, si rem secundum diurnam consuetudinem metiri vis q), non modo, si Lucina impedit, quo minus marito tam felici esse contingeret, videre liberos pendentes ab ubere matris, eosque inter genitorum amplexus audire balbutientes, et afflictis verbis loquentes, sed etiam si pater inter naenias lamentationesque incusat fatum, quod non sinuerat, se participem fieri voti huius saepius emissi,

*Di, precor, hoc iubeant, vt, euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat ---*

Si improle fuerit matrimonium, ac maritus obaeratus fuga salutem quaesierit: tantum abest, vt, quae indoles communionis bonorum omnium poscere videtur, vxor deferta ad omne aes alienum, a marito contractum, delendum teneatur obstricta, vt eadem potius, refragantibus licet quibusuis mariti obaerati creditoribus, recipiat dotem illatam aequae ac omnem instructum muliebrem, ceu, vt legum verbis vtat, *Brautschatz, Kleinodia und jungfräulich Eingedöm*. In hoc praelationis iure vxori improli iuxta iuris Lubecensis tenorem tribuendo conspici,

D

ecquis

q) Testis huius rei est HENR. *sect. II. cap. III. §. 17.*
BALEMANN Disp. *de Femina*



ecquis in dubium vocaret, lacinias iuris romani? Scimus enim, ius personale, mulieribus olim ratione dotis, indultum, a diuo IVSTINIANO extensum esse. Eadem enim ratione, qua laudatus articulus mulieri improli prospiciebat, sexui imbecilliori ratione rerum dotalium non modo dedit hypothecam, quibusuis pignoribus anteferendam r), sed insuper iussit, vt, si modo excipias fiscum ratione debiti primipilaris aequae ac tributorum, mulier, dotem repetens, omnibus aliis creditoribus mariti obaerati anteponeretur, s) adeo, vt et istos creditores vinceret, qui hypothecam expressam, temporis quoque praerogatiua firmatam haberent t). Quum igitur mulier improlis, secundum hanc iuris ciuilibus doctrinam, a iure Lubecensi adoptatam, suborto super mariti opibus iudicio concursus, recipiat dotem illatam: sequitur, concurrentes creditores sua nomina modo expectare a debitoris obaerati facultatibus nondum deperditis, quas articulus noster nomine *daß andre Gut* insigniebat. Et in hac dispositione, ecquis neget, deprehendi amicam concordiam inter ius Lubecense ac romanum? At cessare, volunt conditores iuris Lubecensis, dictum ius repetendi dotem, de iure ciuili mutuatum, in duabus adpositis speciebus. Prima est, si debitoris vxor est mercatrix, eademque intercedat pro aere alieno a marito

r) L. 30. C. de iur. dot.

s) L. 12. §. 1. C. qui potior. in pignor.

t) Hoc haud ita pluribus do-

cuit III. PRAESES Lib. de credit. hypoth. ad benef. separ. admittendis §. 9.

rito conflat. Huius titulo non ista foemina venit, quae foedus connubiale cum marito mercatore iniit, operas e lege societatis coniugalis praestat, merces vendit, tabernam custodit, debita soluit, pecunias accipit; quam potius femina ista hoc elogio ornatur, quae ipsa exercet negotiationem, a mariti rationibus omnino prorsus alienam. u) Rationem vero, quare femina mercatrix suborto concursus iudicio reperere nequeat illatam dotem, licet nec de iuribus suis edocta sit, nec lubens se illis abdicaerit, in eo vplurimum ponunt, quoniam periculum est, ne quiuis deterreatur a negotiatione celebranda cum tali femina, si, prout libuerit, confugere posset ad beneficia mulieribus intercedentibus iure romano indulta. Et ego met quouis pignore certarem, auctores iuris Lubecensis, dum feminam mercatricem excludunt a memoratis beneficiis, spectasse potius regulam iuris ciuillis, quae praescribit, vt, quae certo hominum ordini pro auertendis damnis indulta sunt, iura singularia cessent in negotiis istis, quae pertinent ad artem, quam quis profiretur. En ergo lacinias iuris romani! At paulo illustriora specimina harum laciniarum sistit altera species, quae hisce verbis, *oder ibrer fräulichen Gerechtigkeit erinnert, und sich*

D 2

u) Probe feminam mercatricem a mercatoris vxore separabant AVG. a LEYSER *Spec. 170. med. 5.* et GEORG. FRID. DEINLIN *Diff. de Indole*

SCTi Vellei. ad vxor. mercatr. adplicata §. 7. Ad e contra hanc distinctionem negligebat DAV. MEVIUS *part. IX. dec. 79.*

derselben entziehen, so muß sie mit zahlen helfen, vxores improles, pro marito intercedentes, a dote repetenda excludit conturbatis mariti facultatibus. Formula *iber fröulichen Gerechtigkeit erinnert*, meo quidem iudicio indicare videtur, opus esse, vt, dum iurium incogitatarum nedum incognitorum nulla sit renunciatio, vxor improlis edocenda sit iurium, quae alias repellunt feminas ab intercessionibus pro marito faciendis, atque vt etiam, si talis vxor iura haec scit, nihilominus quis admoneret, vt ipsa dicta iura in animo volueret. Hoc si accideret, ac si nihilominus lubens horum iurium se abdicaret, intercederetque pro aere mariti: oritur obligatio vxoris improlis ex intercessione pro marito facta. Curate conuenit haec dispositio iuris Lubecensis cum iure communi. Hoc enim non modo praecipit, vt, quae scit, se non teneri, ac nihilominus pro aliquo intercedit, mulieri acceptio Senatusconsulti Velleiani non detur w) sed etiam iubet, beneficiis, a quibus mulier intercedens auxilium petere potest, non succurrendum esse mulieribus decipientibus x). An vero, interrogo, an ista vxor effugeret notam mulieris turpiter decipientis, quae, licet satis cognita habeat ac sibi perspecta iura, mulieribus fideiuentibus data, ac licet eadem illa lubens renuntiet talibus iuribus in intercessione pro marito suscepta, nihilominus tamen fidem

w) L. 30. D. ad SCtum Vellei. de SCto Vellei.

x) L. 2. §. 3. D. L. 2 et 18 Cod.

fidem fallere fatagit, dum dotem repetens confugit ad beneficium authenticae cod. si qua mulier in fraudem factae renuntiationis iurium, quae repellunt sexum sequiorum a fideiussionibus? Aut caeterum fallit animus meus, aut, dum ius Lubecense recitatis verbis, ad tenorem iuris communis, intercessionem mulieris improlis validas declarat, quando iurium muliebrium edocta his renuntiat intercedens pro marito, aut, inquam, id inde sequitur, intercessionem feminae pro extraneo aut marito sine renuntiatione factam esse inanem, ac tali casu mulierem intercedentem non teneri. Est ergo et secundum ius Lubecense Velleiano Senatusconsulto aequae ac authenticae si qua mulier, communionem bonorum omnium non obstante, sua vis et potestas y). En lacinias iuris romani tacite adfutas.

VI.

Doctrina de dote plures alias lacinias iuris romani iuri Lubecensi adfutas siflit.

Quam illustrare exorsus sum, doctrina de dote est foecunda mater plurium aliarum laciniarum iuris romani iuri Lubecensi adfutarum. Me non fugit, TACITVM, postquam verba de amica et non tollenda coniugum societate fecit, his verbis finem orationis facere, sic vivendum

D 3

dum

y) Pertinent ergo ad subtiliores etefias doctrina PET. de LEDEWIG, qua feminas ob intercessionem Scto Velleiano non iuari secundum Ius Lubecense, non obscure statuit. Vide, EIVS D. Diff. II. de Differ. iur. rom et germ. in Scto Vellei. diff. 1.

dum, sic pereundum z) Sentiebant conditores iuris Lubecensis paulo aliter. Hoc enim sub certa lege vxori permittit, vt separet sua bona a facultatibus mariti nondum demortui. Temperare mihi nequeo, quin adducam verba haec a), also auch, wann eine Frau mit ihrem Mann, welcher in Schulden vortieff, unkerbet ist, mag sie ihren Brautsehtz repetiren, freyen, und aus den Gütern fordern, wann sie aber noch in den Jahren ist, darinnen sie Kinder gebähren kann, so muß gemelter Brautsehtz wiederum an gewisse Oerter belegt werden, und mag die Frau davon die jährliche Abnutzung zu ihrem Besten unvorbindert gebrauchen. Vt vxor improolis saluam habeat dotem, ius ipsi indulgebatur, repetendi dotem nondum dissoluto matrimonii vinculo. Fingas enim, mariti res, an culpa, non inquiram, an casu conconturbatas eo deuenisse, vt vires patrimonii mariti impares essent ad aes alienum expungendum, ac vt potius hoc desideraret vxoris facultates. Nominibus deletis, mors auocat maritum nil tale exspectantem, quippe eius frontem rugae nec arabant, nec manus pedesque tremebant. Dum durante matrimonio ipsius quidem opes non suppetebant, vnde creditoribus satisfaciatur; ac dum e contra communio bonorum omnium permittebat, vt pecuniam ab vxore illa-

z) TACITVS de mor. Germ. c. XLIII.

a) Ius Lub. lib. i. tit. V. art. XI.

illatam iisdem illis adpenderet aeris alieni delendi gratia; vidua conditionem indebiti implorare non poterit. Dotem illatam amitteret, ni marito adhuc viuo ante motum concursus ius repetendi dotem ipsi concederet laudata dispositio. Haec ipsa vero dos repetita nec tollit communionem bonorum, nec inferuit iniuriae mariti, eiusue creditorum. Obstat quidem videntur verba, *daß die Frau die jährliche Nutzung von ihrem geforderten Brautsebatz zu ihrem Nutzen ungehindert gebrauchen möge*. Summo iure dialecticorum regula, vnius positio non est alterius exclusio, locum hic sibi vindicat. Si enim non tam verba, quam mentem recitati articuli intuemur: prospicitur eo tantum, ne creditores occupent illatam dotem. Caeterum tantum abest, vt maritus vxoris improlis carere debeat fructibus percipiendis e dote repetita, vt potius illa inde et se et maritum alere teneatur. Quid? quod, dum conditores iuris Lubecensis praescribunt, vt, si aetas vxoris spem prolis procreandae alat, dos repetita foenori securo collocetur, hac ipsa dispositione creditoribus succurrere voluerunt. Nam, prole procreata, ista mariti creditis similis habetur, ac proin obnoxia fit creditoribus illius b). Sed quorsum haec disputo? quorsum, vt intelligas, hoc eminens ius feminis concessum de dote, durante matrimonio ante motum

con-

b) Conf. H. BALEMANNI *Diff. cit. sect. II. cap. III. §. 22.*



concursum, prodero lacinias iuris romani. Quem namque fugit, iam VLPPIANVM scripſiſſe c), et conſtat, exinde dotis exactionem competere, ex quo evidentiffime apparuerit, mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere? Quem laetet, IVSTINIANVM in fauorem mulierum dediffe hanc conſtitutionem d), ubi ad huc matrimonio conſtituto maritus ad inopiam ſit deductus, et mulier ſibi proſpicere velit, resque ſibi ſuppoſitas pro dote, et ante nuptias donatione, rebusque ante dotem conſtitutis tenere, non tantam mariti praefidium res ei tenenti, et ſuper his ad iudicium vocatae, exceptionis ad expellendum ab hypotheca ſecundum creditorem praefſtamus. En fragmenta iuris romani, quae ob mariti inopiam vxoribus indulgent idem ius, quod iuxta iuris Lubecenſis tenorem vxor improlis implorare poteſt, puta, durante matrimonio repetendi illatam dotem. Quid? quod memoratum ius iure ciuile indultum eodem haber limites, quibus circumſcribatur iure Lubecenſi. Inquit enim diuus IVSTINIANVS e), mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi viuente marito, et matrimonio inter eos conſtituto: ſed fructibus earum ad ſuſtentationem, tam ſui quam mariti, filiorumque, ſi quos habuit, abutatur. Annotauī verba recenſita iuris Lubecenſis daß die Frau -- gebrauchten möge excludere videri creditores mariti a largis

c) L. 24. D. ſol. matr.

e) Loc. cit.

d) L. 29. C. de iur. dot.



largis ac superfluis fructibus, e repetenda dote percipiendis. Et haec verba, dictae constitutioni diui IUSTINIANI adiecta, *creditoribus scilicet mariti contra eum eiusque res, si quas postea forte acquisierit, integra sua iura habentibus*, actio circa fructus doris superfluos denegare videntur. At sicuti docui, non esse, ut creditores mariti obaerati timeant verba dicta iuris Lubecensis emendati, si vxor fructibus doris repetitae adeo abundaret, ut ad sustentationem tam sui, quam mariti impendi non possent: ita et idem iudicium ferendum est de recitatis verbis constitutionis Iustinianae. Supponunt enim, ut ego quidem arbitror, casum intactum, quo nihil reliqui manet de fructibus doris repetitae. Si vero vxori eiusque marito tam large cautum est, ut non omnibus fructibus de repetita dote percipiendis egeat: sane mariti paupertas impedire nequit, quo minus ipsi reliquum de perceptis fructibus adiudicetur. Fructus vero, de quibus loquor, quando cedunt marito: non video rationem, quae creditores repelleret, si tali casu maritum conuenire volunt, ratione fructuum superfluorum, e dote repetita perceptorum. Et in hac ergo doctrina lacinias iuris romani iuri Lubecensi adfutas deprehendi, statuo, saluo doctiorum iudicio. Nec enim mea suffragia pro praetoris edictis haberi volo, aut Apollinis oraculis.



VII.

Meditatio alterior eiusdem rei adfertur.

Quam ingressus sum, viam non derelinquo. Retentionem alicuius rei esse instar fidi pedissequi hypothecae tacitae intuemdam, fatentur romani. Mirum igitur non est, si audias, conditores iuris Lubecensis emendati, feminas improles ab hoc iuris remedio non exclusas esse, voluisse. Ita edicebant f). *Es kann keine unbeerbtte Wittfrau, nach Absterben ihres Mannes, aus seinen Gütern getrieben werden, si sey dann vor allen Dingen ihres Brautscatzes und zugebrachten Guts vergnüget oder verfiert.* Et haec dispositio prodit lacinias iuris romani iuri Lubecensi adfuras. Quum enim ius romanum praecipiat, ut mariti res pro rebus dotalibus tacito pignoris nexu sint obstrictae g): dubium non est, quia vidua, in possessione bonorum mariti constituta, iure retentionis et vel secundum iuris romani placita utatur h). Effectus huius iuris est, ut securitati dotis consulatur aduersus quosuis mariti successores. Ergo, ut ne vidua doris illatae titulo plura poseat, quam eo nomine non intulit, ac ut ne insuper dispositio, qua cautum, ne mulieres defraudarentur rebus suis, in fraudem haeredum mariti extendatur,

f) *Iur. Lubec. lib. I. tit. V. art. 15.*

g) *L. in C. qui pot. in pign. §. 29. l. de aff.*

h) Vide, praeter L. 29 C. de iur. dot. AVG. A. LEYSER *sp. 317.*

m. 6 sq.

datur, necesse erit, vt doceat res, quas dotis nomine infererat. Ob dotis fauorem praesumptiones etiam leuioris momenti et probationes imperfectae admittuntur ad effectum admittendi iuramentum suppletorium, inprimis si dos adeo sit exigua, vt periculum omnino sit, ne suscipiendae probationis solennia pluris constituta sit, quam ipsa dotis quantitas i). Quid? quod nec ius civile repellit in probanda dote testes etiam domesticos, puta, parentes, consanguineos, fratres, quatenus eorum non interest k). Insistunt et in hac doctrina auctores iuris Lubecensis emendati vestigiis architectorum iuris romani, ac produunt proin exemplum indubitatum laciniarum iuris peregrini. Admittunt enim et illi, in probatione suscipienda dotis illatae, testes, ob consanguinitatis vinculum non omni exceptione maiores l). Et quod mirandum est, praesumptionibus leuioribus, quibus dotis illatae probatio secundum ius commune aequae ac diuturnum usum non interruptum nititur, hunc modum probandi dotem adiciebant, vt, si vxor sit integrae fidei, et matrimonium per quatuor lustra durauerit, pro vxoris dotem exigentis adfertione militet praesumptio, ac ipsa sola proin statim de veritate iurare queat. m) Definit vero hoc remedium,

E 2

vi-

i) Adeas CAR. FERD. HOM-
MELII *Rapf. Quaest. Vol. III.*
obs. 425. D. 31., AVG ALEYSER *Sp. 283.*
m. 3.

k) Enoluas IOH. BEN. CARP-
ZOVII *Iurispr. Fer. P. i. C. 23.* 1) *Ius Lubec. lib. I. tit. V.*
art. 12

m) *Ibid. Lib. I. tit. V. art. 4.*



viduae improli indultum, competere duobus casibus ita expressis, *ſie ſey dann vor allen Dingen ibres Brautſchatzes und zugebrachten Guts vergnüget oder verſichert.* Et hic modus præſcriptus finiendi retentionem ſiſtit lacinias iuris romani adſutas. Hoc enim cautum eſſe, ſci- mus, quod ius retentionis expiret, quoties ſinis reten- ſionis ceſſat n). Ceſſat hic autem in duabus illis ſpecie- bus, quarum recitata verba iuris Lubecenſis mentionem faciunt. Caeterum et diſpoſitio, qua ab arbitrio vxoris improlis dependet, num res mariti, dotis recuperandae gratia poſſeſſas, deſerere velit poſt præſtitam cautionem idoneam, curate reſpondet iuri romano o), quod ini- quum eſſe declarat, cautionem creditori inuito obtrude- re, quando debetur ſolutio?

VIII.

Lacinias iuris romani iuri Lubecenſi adſutas adeſſe, docetur, quando dos, venditionis gratia aeſtimata, relinquitur marito.

Res, quas maritus ad onera matrimonii ſuſtinenda accepit, dantur aut inaeſtimatae aut aeſtimatae. Prioris generis res, ſi verum fateri volumus, nomen merentur rerum dotalium, atque proin is proprie fundus dotalis di- citur, qui aeſtimatus non eſt p). Tacent conditores iuris
Lube-

n) Euolvas WOLFFG. AD. LAUTERBACHII *Diff. de Iur. Retent.* §. 32.

o) *L. 10. D. de pign. act.*
p) *L. un. C. de rei vxor. act.*

Lubecensis emendati de talibus rebus, atque nihil ratione harum rerum adducunt, quod aut cum iure romano conveniret, aut eidem aduersum esset. At e contra quaedam praescribunt de rebus dotalibus aestimatis venditionis gratia, quae adesse censentur, quando res quaedam loco dotis, in pecunia numerata promissae, dantur in solutum. Audias ipsos q), *Nimt ein Mann eine Frau zu der Ehe, mit Erbgüttern, welche ihm ihre Freunde aestimiret und an Geld gesätzt habende übergeben, so soll der Mann, nach der Zeit mächtig seyn, solch Erben und Güter zu verkaufen und zu verpfänden, wenn er wil, nicht anders als sonst Kaufmanns Wahren.* Loqui conditores iuris Lubecensis emendati de rebus dotalibus marito aestimato datis, aequae ac huius iura singularia ratione harum rerum tribuere, quibus fatebitur. Supponunt vero iidem, idque indicant verbis *an Geld gesätzt*, quantitatem aestimationis exprimi. Perinde autem esse, opinor, siue consanguinei adhibiti speciatim memorent pretium rerum, dotis loco in solutum dandarum, siue se referant ad aliam quantitatem, pro qua alius fundus est emptus, siue faciendam aestimationem relinquunt arbitrio tertii, si modo hic dicat pretium. E verbis recitati articuli, *aestimiret übergeben*, non obscure colligi licet, standum esse illi aestimationi, quam res immobilis loco dotis, in pecunia nume-

E 3

rata

q) *Ius Lub. lib. I. tit. V. art. VIII.*

rata promissae, in solutum danda eo tempore habuit, quo dos erat constituta. Tali aestimatione res dotales immobiles, qua alienationis licentiam, rebus mobilibus, aequabat Themis Lubecensis. Hoc ipsum vero ius alienandi res dotales immobiles, venditionis gratia aestimatas, offendit lacinias e iure romano adsutas. *Ut enim aestimatio venditio sit q), ut res, quae in dotem datae sunt, emtae haberi intelligantur r), ut toties, quoties res aestimatae in dotem datae cuincuntur, ex emto competat actio s), et commodum et periculum harum rerum ad dominum pertineat t),* iterata vox est legum romanarum. Ponderatis hisce rerum monumentis, an mecum statuere ambigeres, omnem dispositionem, quam recitatus articulus de rebus dotalibus, venditionis gratia aestimatis, obseruari vult, latere in fragmentis iuris romani, quae IVSTINIANO debemus? Annon ergo, et doctorum doctrinam hic admittendam esse, putares, qui, iustis inter ius romanum et patrium limitibus constitutis, asserunt, supplenda quidem esse Germaniae infirmita verbis breuibus concepta, non vero ex iure extero declaranda, nedum restringenda u)? Si vero haec verum est, vti omnino est: annon dici poterit, maritum, si is rebus dotalibus, venditionis gratia aestimatis, intra dimidi-

r) L. 3. D. locat.

s) L. 16. de iur. dot.

t) L. 71 D. de iur. dot.

u) Inter hos nomen suum
profiterentur G. L. BOEHMERVS

Diss. de Comm. bon. uniu. §. 1 et 10.
BRAND. ENGELBRECHTIVS
Diss. de mut. coniug. conc. ad sola
aer alien. §. 5.

midium pretii veri fuerit deceptus, habere hoc remedium, utrum res aestimatas uxori restituere velit? an vero redere iustam rei aestimationem, minime vero eam, in qua deceptus est w)? Annon addi insuper poterit, dotem, in pecunia restitutam, iure dotis cenferi x) ac res dotales, venditionis gratia aestimatas, hœ casu non restitui. Annon, ut plurâ iungere omittam, annon et hoc iure quodam addi potest, ad maritum, dum fit emtor dotis aestimatae, transire quaeuis incommoda rerum dotalium aestimatarum, adeo, ut nil intersit, siue prorsus pereant, siue deteriores fiant, ac illum proin, aequitatis regulis id poscentibus, euictionis praestationem ipso suo iure desiderare, eique, dote aestimata euicta, dari actionem ex emto vtilem euictionis nomine y). Annon -- at manum de tabula.

IX.

*Doctrina de tutela datius sedit non paucas lacinias iuris romani,
iuri Lubecensi adfutas.*

Potius progrediamur ad doctrinam de tutelis. Me non fugit, ERN. IOACH. a WESTPHAL hanc doctrinam retulisse ad illâ iuris capita, quae plerumque institutis germanicis e iure romano sunt admixta, ac proin, iuxta tanti viri suffragium, vulgares regulas, ex italicis scriptoribus

w) L. 12. §. 1. D. de iure dot.
x) Arg. L. 54. D. cod. tit.

y) Vide GENT. SCIPIONEM
Tr. de Bon. matern. p. 160.



ribus excerpas, hic adplicandas esse z). Non inique id dictum esse, fatebuntur omnes, qui et vel primis labiis degustarunt ius Lubecense. Hoc enim, si modo excipias patritiam tutelam et feminarum, nescit, quod prisca Germani de mundio pupillorum, temperato ad principia rectae rationis, ac quod inde sequitur, iuris naturae praecipiebant. Ne temere id dixisse videar, accipe quaeso iuris Lubecensis tenorem, de tutela a patre constituta ita disponentis a) *wann ein Vatter bey seinem Leben seinen Kindern Vormunden setzet, die mag niemand auffreiben, noch absetzen, er sey wer da wolle, sofern sie ihre Dingen recht thun, bis die Kinder mündig werden, wann sie Mannspersonen seyn: Thun sie aber der Vormundschaft nicht recht, klaget denn der eine Vormund über denn andern, oder die Freunde, würde dann der Rath befinden, daß sie schuldig seyn, so ist d' Rath mächtig und sie abzusetzen, und einen andern an ihre Statt zu vorordnen.* Integri ferme articuli verba spirant principia iuris romani. Sicuti enim conditores iuris emendati Lubecensis recitatis verbis iubent, ut quivis pater liberis suis tutorem dare queat: ita etiam olim Themis romana patris supremo iudicio reliquerat, ut iste liberis suis impuberibus, quos proxime in potestate habet, tutores det in testamento, vel codicillis testamen-

to

z) E. I. de WESTPHAL Diss. not. d.
de usu et auct. I. Lubec. §. 14 a) I. L. tit. VII. art. 1.

ro confirmatis b). Ob benignam praesumptionem, quae pro patris iudicio militat, ius civile ratione eadem, qua articulus noster, cauebat, ut ne quis ab officio tutoris aut adito, aut suscipiendo, remoueatur, quem pater constituit tutorem, atque e contra talis tutoribus caeteris legitimis aequae ac datus praeferatur c). Quid? quod ius civile ac Lubecense etiam in eo curate conueniunt, quod tutores, pupillis sui iuris a patre constituti, remoueri queant, si suspecti reperiuntur, veluti quando dolum in tutela admiserunt, vel grassati sunt, vel sordide et perniciosè aliquid egerunt d), vel alia iusta causa intercesserit, ut in tutela versari nequeant e). Ac in eo, quod recitata iuris Lubecensis verba permittant amicis pupillorum, ut suspectos tutores postulent, deprehendes harmoniam huius iuris aequae ac romani. Nam postulatio suspecti tutoris est quasi publica accusatio, adeoque et contutoribus pater f), imo et ipsis mulieribus g), quae caeteroquin ad accusandum non admittuntur h). Ipsa tandem ratio finiendi hanc tutelam curate responderet cum iure romano, si modo excipias, quod ius Lubecense dicat *wenn sie mündig werden*. Qua conditione non pubertatem iuris ro-

F mani,

b) L. 1 et 3. D. de testam. tut. susp. tut.

§. 3 l. de tut., L. 1. §. 1 D. de conf. tut.

e) L. 3. cit. §. 12 ib.

f) L. 3. cit.

c) L. 9. §. 1. D. de tut. et rat. distr.

g) L. 1. §. 7 D., §. 3. I. h. 2.

d) L. 3. §. 5. L. 5. C. de

h) L. 1 §. 7 D. de accus.



mani, sed aetatem maiorem indigitari, dubio caret i). Ponderatis huius momentis, an dubitares, doctrinam illustratam prodere lacinias iuris romani adsumas?

X.

Lacinias tales tutela et legitima et dativa sibi.

Deficiente tutela testamentaria, sine hominis facto, ex legis dispositione, defertur tutelae onus proximis successoribus ab intestato. Audias conditores iuris Lubecensis, und da etliche von der Schwerdtseite allhier vorhanden seyn, sollen dieselben vor allen andern vorgezogen werden. Seynd aber keine von der Schwerdtseiten, so sollen die von der Spielseiten an ihrer Statt treten, doch müssen sie beyderseits von dem Rathe confirmiret werden k). Indicare haec verba, quilibet concedit, personas, quae praeferri debeant in tutela administranda, si scilicet deficient tutores a patre denominati. Primum ad obeundum hoc manus publicum vocantur ii, quos sanguis coniunxit. Horum duo sunt genera, puta, agnati et cognati. Illi recitato articulo non solum vocantur *so von der Schwerdtseite verwandt*, sed etiam iidem illi ad tutelam legitimam primum veniunt. Adoptarunt, negari nequit, adoptarunt hanc doctrinam conditores iuris Lubecensis a iure civili antiquo. Scimus enim, quod, parente intestato mortuo, agnatis lege duodecim tabularum

rum

i) Vide DAV. MEVIVM ad hunc art. n. 9.

k) Ius Lub. P. 1. Tit. VII. art. II.

rum deferrebatur tutela l). Summa providentia utroque iure hoc introducebatur, ut, qui sperabant successione, agnati tuerentur bona, ne dilapidarentur m). En lacinias e iure romano haustas! Agnatis deficientibus veniunt ad tutelam cognati iuxta recitatum statutum. Iurare auferim, conditores iuris Lubecensis ea propter cognatos a suscipienda tutela non exclusisse, quoniam ipsos non latebat, quod, sublata differentia inter agnatos et cognatos n), secundum ordinem successione, tutela deferatur proximis, siue cognatis, siue agnatis, ab intestato succedentibus o), modo masculi sint et viginti quinque annis maiores p). Tutoribus consanguineis et legitimis aut non existentibus, aut se excusantibus, dativam tutelam demum locum inuenire, ac hunc ordinem in tantum observandum esse, volunt leges romanae q), ut, eo neglecto, facta tutoris datio non valeat. Et haec dispositio curate convenit cum iure Lubecensi r), ac proin lacinias assutas et vel haec doctrina sistit.

XI.

Doctrina de tutela plures alias lacinias iuris romani, iuri Lubecensi adsutas, sistit.

Si haec iuris Lubecensis verba, *welcher curator ad litem wird, und dieselbe curam einmahl nimmt, der kann sich*

F 2

fort-

l) L. 1. pr., l. 6. de leg. tut.

m) L. 1. cit.

n) Nou. 113. cap. 4.

o) Nou. cit. c. 1. 2. 3.

p) L. 1. §. 1 D. de legit. tut.

q) L. 9 C. qui dar. tut. poss.

r) Ius Lub. T. VII art. IV.



fortbin derselben nicht ledig machen, weil der Krieg währet, gleich wie sich die Tutoren und Curatoren ihrer tutela und cura, die sie einmahl angenommen, nicht loß machen können, es sey dann die gebührliche Zeit in Rechten verfloßen, auch die Rechenschaft und Verlassung geschehen s) intuemur: iniurii essemus, si dicamus, recitatum articulum tradere principia iuris germanici, ac ex his lucem ei accendi posse. Nescit Themis Germanica curatores ad lites. Nescit distinctionem adhibendam inter tutores ac curatores. Nescit tempus legitimum, quo finiatur tutela onus t). At, quam recitari articuli verba sunt, distinctionem inter tutores et curatores introduxit ius commune. Scit et hoc discrimen aetatis, si de legitimo tempore, seu, ut verbis articuli nostri *gebührliche Zeit* utar, sermo est. Dum conditores iuris Lubecensis dicunt, tutores a tutela abire non posse rationibus nondum redditis: lacrimas iuris romani et in hoc iussu conspiciamus. Hoc enim tutorem obstringit ad rationes reddendas u), id est, ad accepta et expensa specificè designanda demonstrandaque, quo magis calculus subduci, et, quod reliquum est, praestari queat. Hinc designatio acceptorum expensorumque in folle facta pro ratio-

s) *Ibid.* art. XI.

t) Enohuas AVG. a LEYSER
Med. ad Pand. Sp. 327., 10H.
 GEORG. ESTORIS *Ius Germ.*
rom. i. cap. 118. §. 974., RVD. EN-

CAVII *Elem. Iur. Germ. lib. 1.*
tit. 26.

u) *L. 1. §. 3, L. 9. §. 4 D. de tut.*
et ration. distrab.

ratione non est w), et aduersus eum, qui specificè non reddit rationes, doli praesumptio militat, atque rationes in folle redditae retractari possunt x). Et in eo, quod tutores curatoresque, siue agnati sint, siue non, tutelae curaeque nomine salarium nec accipere nec expectare possint y), ius Lubecense deniat a principiis iuris germanici, quod quippe permittit, ut quivis tutor salarium petere queat z). Constat, veteribus Germanis incognitum fuisse consuetudinem, qua iuuenis maior declarari posset a). Apud Lubecenses vero, veniam aetatis omnino concedere, mos est, illis, qui minorenes sunt b). Curate ergo ius Lubecense conuenit cum iure romano. Hoc enim procul dubio respiciebat ad id, quod fit ut plurimum: quippe, optima rerum magistra, experientia docet, maturitatem iudicii plerumque conspici in masculis xx, in feminis xviii annis maioribus. Quare vult, ut dictae personae veniam aetatis impetrent c), modo illam aetatem probent, ac testibus idoneis mores suos, frugalitatem, probitatemque animi et testimonium vitae honestio-

F 3

necstio-

w) L 3 et iii. D. de cond. et tut. et cur. demonstr.

x) Arg. L. 2. C. de iudic.

y) Ius Lub. P. 1. tit. VIII. art. XIV.

z) Vide IOH. SCHILTERI Ex. III. §. ii. et BENRH. LVD. MOLLENBECII Diff. de salar.

a) Enoiuas, praeter ESTOREM l. c. tom. 1. cap. CXXII. §. 9. §., p. de LUDWIG. Diff. de Legit. act. puber. cap. VI.

b) I. L. P. 1. tit. II. art. V.

c) L. i. C. de his, qui ven. actar. impetr.



nestioris doceant d). Dubito, an luculentiora testimonia laciniarum iuris romani adfutarum iis adinueniri queant, quae hac in paragrafo adduxi?

X.

Testamenta, iuxta iuris Lubecensis tenorem condita, quamvis spirant non paucas consuetudines Germanicas, tamen sstunt lacinias e iure romano adfutas.

Addere his iam liceat, lacinias iuri emendato Lubecensi in doctrina de successione, imprimis ea, quae testamento defertur, assuras. Fatendum est, Germanos hanc doctrinam debere fragmentis iuris romani e). De Thuistonis gente enim TACITVS, haeredes successoresque suos cuique liberos et nullum testamentum esse f), gloriabatur summo iure. Notum enim est, testamenta rebus publicis, imprimis liberis, valde noxia esse. Ex quo vero populi nationis germanicae relinquebant sedes auras, ac se in provinciis Romanorum diffundebant; vna cum provinciis et testamentorum vsum didicerunt. Inde iam in legibus Ostrogothorum g) Wisigothorum h) et Burgundio-

num

d) L. 2. pr. et §. 1. C. cod. tit.
e) Legas IOH. GOTTL. HEINECCI Diff. de testam. fact. iure Germ. arct. limit. circumscript. §. 9. nec non IOH. NIC. HERPPI Diff. de veter. German populis cap. III. §. 16.

f) TACITVS de Morib. Germ. cap. 20. Multis etiam gentibus aliis testamenta vel incognita fu-

isse vel prohibita, vel eorum vsum saltem restrictum, testes sunt IOH. SCHILTERVS Phil. iur. cap. V. §. 21. et I. N. HERTIVS Elem. Prud. ciu. lib. II. c. 53.

g) Edict. Theodorici §. XXVIII. in P. GEORGISCH Corp. iur. Germ. p. 2212.

h) Lex Wisigothorum lib. II. tit. V. §. 12 sq. Th. p. 198.

num i) testamentorum mentio fit. Adprobato testamentorum usus clerus fauebat cum ad amplificanda sua bona, tum a manumittendos seruos, qui vrbes frequentiores redderent. Hinc, iis suadentibus, moribundi pro salute animae ecclesiis quamdam relinquere solebant bonorum partem k). Sicuti vero exinde patet ratio, quare testamenta Germanica *Seelengerütbe* vocabantur: ita etiam medio aeuo sub generali nomine testamentorum in Germania veniebant omnes donationes qualiscunque generis, prouti hoc ex exstantibus adhuc testamentis Comitis et Comitissae de Hagenheim, Einhardi, ac Imperatoris Ludouici Pii l) clare patet. Nihil vero testamentis his germanicis cum principiis iuris ciuilibus commune, si excipias, quod ius successori ab intestato competeas imminuebant. Saeculo enim decimo quinto plura exempla testamentorum iuris romani in Germania conditorum inuenimus, quae hucusque ibi perrariora erant m). At plane propria ac singularis ante hoc tempus confectis

testa-

i) *Lex Burgundionum tit. LXI I* Apud eund. p. 367.

k) *Euoluas velim IOH. GEO. HISTORIS deutsche Rechtsgelahrtheit tom. II §. 2904 sq*

l) *Legas quaeto FREHERVM in Scriptor. rer. Germ. tom. I. p. 56 sq. in Chronico Laurishamensis, ubi adducitur testamentum Williswindae et Cancronis de*

Hagenheim, Testamentum Ludouici Pii, quo Einhardo villam quamdam dono dat, testamentum denique ipsius Einhardi. Quae testamenta nihil praeter donationes singulares tam mortis causa quam inter viuos continent. *Legas insuper III. GAERTNERVM in not. ad leg. Saxon. cap. 7. §. 2. m) HEERTIVS l. c.*

testamenti erat indoles. Nam tam ratione modi, illa conficiendi, quam ratione formae interna, a iuris communis regula abibant. Ita enim secundum consuetudines patrias, nemo, in agone constitutus, et mortis periculo perturbatus, testamentum condere poterat, sed, ut testator sanae mentis et corporis sani esset, requirebatur n). Peruulgata regula, quod nemo pro parte testatus pro parte intestatus decedere possit, in testamentis germanorum exulabat, quippe de bonis acquisitis solum testari licitum erat. o). Alia singularia raeam. Quamquam autem testamentum, ut institutum maioribus incognitum, et in ius Lubecense e iure romano receptum, dicas: non negabis tamen, multas adhuc adesse hoc in iure reuiso reliquias, quas ex limpida fontibus iuris non scripti germanici iure meritoque deriuas. Vnde enim, vnde deriuare velles, si ita constitum esse legas, *Welch ein Mann sein Testament machen will, soll bey voller Vernunft und mächtig seiner Sinne p)*. Si insuper legas, quod testatori modo indulgeatur ius testandi de bonis acquisitis q), quod

n) Ius Colonienſe exempli gratia conſtituit Titul. von Testamenten und Vermächniſſen. So wer einig ſein Erbe oder Erbckenben, binnen der alten Mauer in wiſſrer Stadt, und auch in Auſſbürger und Niedergerichte belegen, durch Testament oder Vermächniſſ vergeden oder beſetzen

wolte, der ſoll ungehalten und ungelaitet 7 Fuß lang gehen als, das von alters gewöhnlich ge-weß iſt.

o) HEINECCIUS l. c. §. XXIII.

p) Ius Lub. Lib. II. T. I. art. 1.

q) Ibid. art. 51. von ſeinem wohl-gewonnener Gut, vid. et art. ult. Tit. IX. lib. 1.

quod femina arceatur a testamenti factio-
 ne r), quod testa-
 menta non nisi publice sint conficienda s), nisi ex con-
 fuerudinibus maiorum nostrorum id petas. Summo ita-
 que iure iudicabat IVST. HENN. BOEHMERVS, exinde,
 quod titulum habeat ius Lubecense de testamentis, non
 sequi, quod totum hunc titulum habeat ex Iure romano
 t). Quae quidem quamquam ita sint: nullus tamen men-
 tionem, si, his non obstantibus, adfirmaverim, materiam hanc,
 facinoris iuris civilis recentiori demum tempore illi assuetis,
 esse contaminatam. Quis enim est, qui aliter sentire possit,
 si audiat, quod ius Lubecense personis aegrotis indulgeat,
 ius condendi ultimam voluntatem eadem prorsus ratio-
 ne, qua ius romanum tales personas a testamenti factio-
 ne non excludit. Variis locis id factum est. Audias quae-
 so conditores huius iuris ita loquentes u), *Ist ein Mann
 krank und ordnet sein Testament.* Admittuntur ergo secun-
 dum haec recitata verba aegroti ad condendam ultimam
 voluntatem. Nec est, quod obicias tam haec verba, in pri-
 mo articulo conspicua, *Wer ein Testament machen will, soll
 seyn -- mächtig seiner Sinne,* seu, ut codices antiquiores paulo
 aliter haec verba exprimunt w) *Begripet se oc bi erem Edbe
 dat he meglech were seiner Sinne, unde en Mark pant wegen
 mogte, de he sin Testament mackede,* quam dispositionem hanc,

G

der-

r) Ibid. L. II. T. I. Art. XIV.

s) Ibid. Art. II.

t) I. H. BOEHMERVS in Diss. de
 Aequ. Iur. Lub. cap. 2. §. ult.

u) Ius Lub. l. c. Art. IV.

w) Vid. Codicem Iur. Lub. in
 III. a WESTPHALEN Monumentis
 ineditis Tom. III. art. 161.



der mag damit seines Gefallens gebaren - - doch so ferne er zu Wege und Stege gebet, und seiner Sinne und Gliedmaßen mächtig ist nach Lübischem Recht x). Vides enim, priori loco nil quidpiam aliud, quam quod ad remouendam difficultatem, a iure Germanico vltima elogia scribentibus in posterioribus recitatis verbis obiectam, pertinet, continere, ac complecti interpretationem e iure romano, quo quippe nil aliud in testatore desideratur, nisi vt mentem suam legitime declarari possit. Quis porro lacinias iuris romani non deprehenderet legens y), quod nuncupatiui ac scripti testamenti mentio fiat, cum tamen priscais Germanis haec distinctio fuerit ignota, qui, quamquam non omnia peregrina instituta, certe tamen subtilitates ac solennitates illorum abhorrebant. Et profecto hic laciniae assutae non valde splendescunt, et loco minus apto sunt comparatae, cum iure Lubecensi omne testamentum vt plu-

x) *Ius Lub. Libr. I. T. X. art. 3.*
 Ad illustrandum hunc artic. et obiectionem magis formandam etiam hoc annotari debet, quod in iudicio illo celeberrimo, quod ter quorannis Lubecense habetur, *Vogdding* vel *Aechteding* cognominatum, hoc et repetitur cum haec recitantur verba

Raths Vorsprach

Herr Vogt, lasset mir ein Irtheil theilen, wie und mächtig ein Mann seyn soll, der sein wohlgekommen Gut vergeben mag nach Recht meiner Herrn von Lübec.

Der dritte Vorsprach,

Herr Vogt ich will es meinen Herrn von Lübec zu Rechte finden Wenn ein Mann stracklich seiner Sinnen, und so mächtig seiner Glieder, daß er ein Markpunt gewöhlet haben und halten, und von einem Orte an den andern legen kann, so mag er sein wohlgekommen Gut geben. Wem er will, nach Rechte meiner Herrn von Lübec. Vid. MELLENS gründliche Nachricht von Lübec cap 6 et ESTOR loc. cit. §. 6082.

y) *Ius Lub. l. c. Art. II.*

plurimum est iudiciale, quod iam per se consignationem requirit, et hinc elidit distinctionem iuris romani testamentorum in scripta et nuncupatiua, quippe quae solum testamento priuato applicari potest. z) Aut fallor, aut adoptanda est sententia BOEHMERI adferentis, quod testamenta nuncupatiua in scripturam redacta, iure Lubecensi contra ius commune a) non mancant nuncupatiua b). Nec dubitabis de existentia laciniarum iuris romani assutaram, si ponderaueris, testatori secundum ius Lubecense c) denegari non posse ius testamentum scriptum offerendi senatoribus. Nam haec traditio fini, cur adfunt in hoc negotio primario, plane contraria ^{est} ~~est~~. Maiores enim nostri, senatores praesentes esse, voluerunt in testamentorum consecutione, partim, vt constaret de voluntate defuncti et vt lites impedirentur, partim vero et primario, ceu mihi videtur, vt testatori, qui successoribus suis male consulere decreuerit, meliora suadeant d), et ipsi exponant, de quibus testari possit. Et notum est, testamenta olim sub diu esse consecuta. Qui haec legit, is aliter sentire potest, nisi quod laciniae et hic iuri Lubecensi adfuta sint ac adoptatae e iure peregrino.

XIII.

*Laciniae materiae testamentariae in iure Lubecensi assutae
plures adhuc adducuntur.*

Sed pius conditorum emendati iuris Lubecensis ille a

G 2

STI-

z) I H BOEHMERI *Introd. in Iur. Dig. l. 28. tit. 1. §. 17.*

a) BERGERVS *Oeconom. Iur. Lib. II. Tit. IV. Tb. IV. n. 5.*

b) BOEHMERVS *in cit. Diff.*

loc. cit.

c) *Iur. Lub. l. c. Art. IV.*

d) HEINECCIUS *Diff. cit. §. XXVII.*

STITEN, quem ob amorem patrii iuris collaudat Ill. DREY-
 ERVS e), plures adhuc habuit occasiones, irascendi infulsae
 illi iuris romani sacrae statuti Lubecensibus immixtioni. Nam
 laciniae, quae modo adducimus, ad testamenti solum solennia
 externa spectant. At illa enodare, iam animus fert, quae for-
 mam in te nam testamenti concernunt, et probant, certo respec-
 tu hodie testamentum iuris Lubecensis iuris romani princi-
 pia praesupponere. Probationem petis? Habeas. Volunt
 praecipuntque conditores iuris Lubecensis, f) vt, si quis te-
 stamentum condidisset, et dein liberos procreasset, testamen-
 tum vero antea conditum postea non mutasset, illud pro nul-
 lo haberetur; atque vt, si praegnantem reliquisset infcius, graui-
 dam esse vxorem, posthumus in aequalem cum caeteris succed-
 eret partem, testamentum vero ratum maneret; vt denique
 omne testamentum haeredis institutionem habere deberet,
 haec formula comprehensam *und giebt seinen nächsten Erben,
 sie seynd ein zwey oder mehr.* Quid inde sequitur, quaeris? Au-
 dias. Considerans haec articulorum contenta adfirmabit, iure
 Lubecensi iuris romani principia, de institutione liberorum in
 testamento necessaria, nec non de legitima liberis relinquenda,
 recepta esse. Quo pacto enim alias testamentum, quod solen-
 nem iuris Lubecensis haeredis institutionem necessario re-
 quirat, annihilari ac iniustum fieri posset, nisi quod, si
 haec-

e) DREYERS Einleitung zur
 Kenntniß der Lübisohen Verord-
 nungen.

f) *Ius Lub. L. II. Tit. I. art.*
 5.6. et 12.

haeredibus ab intestato quidem octo illi solidi ac quatuor denarii relicti sunt, hoc liberis non sufficiant, sed illis ex imitatione iuris romani legitima relinquenda sit, et non esse consentiendum parentibus, qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt. Hinc omnino et querela inofficiosi testamenti iure Lubecensi institui potest. Hinc et rumpitur testamentum, agnatione sui haeredis. Sed ut melius appareat, hic lacinias adesse ex iure romano iuri Lubecensi adfuras, adduxi quoque articulum sextum, quo in similitudinem legum romanarum g) testamentum a patre nesciente, vxorem suam esse praegnantem, et hac ignorantia defuncto conditum, validum declaratur, praeter quod posthumus cum reliquis liberis in aequales tunc eat partes, ob praesumptam patris voluntatem. Germanis quoque legitima liberis relinquenda plane erat incognita. Nam haec mens illis erat, quod istorum bonorum, quae non sunt auita, ac de quibus testamentum facere permixtum erat, nemo legitimam petere posset h). Vnde igitur nisi ex Romanorum legibus doctrina haec hausta est. Porro ex articulis adductis et hoc sequitur, quod, si Ius Lubecense mentionem iniicit haeredis instituendi, hic statuta non quidem de solenni illa romanorum institutione, Titius mihi haeres esto, ac quae haeredi successionem tribuit in omne ius, quod testator in alium transferre poterat, ac quae ius inuoluit quartas illas, puta, Falcidiam et Trebellianicam detrahendi a legatis et fidei-

G 3

com-

g) L. 3. C. de inoffic. test.

h) ESTOR l. c. §. 2958.

commissis relictis; sed, statuta haec ita explicanda esse, arbitror,
 institutionem scilicet iuris Lubecensis exinde oriri, quia ma-
 ioribus nostris iniquum semper visum est, invidia testatoris
 cognatis omnem spem succedendi interuerti, quia salutis fa-
 miliae uitae semper rationem habebant, et pro conseruanda
 stirpe solliciti erant: et hinc statutum hoc solum sancire, ne hae-
 redes ab intestato silentio praeterirentur, sed vt certum quid
 illis relinqueretur. Nam alias testamentum patris, liberos suos
 praeterirentis, valeret, si solum hanc institutionem non negle-
 xisset. Toto itaque coelo ab illa romana institutione differt,
 ac nihil praeter donationem certae rei inuoluit. Nec desunt
 huic sententiae auctoritates. Nec reperies, inquit BOEHME-
 RVs, *in materia testamentaria multos iuris terminos ex iure
 Iustiniano desumptos, nisi quod in art. 12 vox Institutionis
 haeredis occurrit, qui terminus tamen ob praescriptam testi-
 di formulam subsequentem sine omni dubio clare intelligitur* 1).
 Ergo hic quidem signum, sed non res signata peregrinae origi-
 nis. Sicuti verbum solum receptum institutionis haeredis ex
 iure romano: ita et verbum *legati*, quod idemdem occurrit in
 hoc titulo, quo tamen nil nisi id intelligitur, quod ante quin-
 tum decimum saeculum Germani per vocem illam intelligen-
 bant, puta omne in testamento, vel haeredis vel legatarii titulo
 relictum. Ni angustia temporis impediens essem, plures alias
 lacinias iuris romani iuri Lubecensi emendato adlutas sicerem,
 quarum tam multa sunt,

*Quam multa in syluis autumnis frigore primo
 Lapsa cadunt folia.*

ii) BOEHMER *cit. Diff. l. c.*



Helmskedt, Diss., 1778-85

X 229 87 86


ULB Halle

005 356 695

3







1783, 2
2/8
9/1

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE
LACINIIS
IVRIS ROMANI
RENOVATO IVRI LVBECENSI
ADSVTIS

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
PRAESIDIO

D. ALBERTI PHILIPPI ERICKII

SERENISSIMO DVCI BRVNSVICENS. ET LVNEBVRG.

A CONSILIIIS AVLAE

SVI ORDINIS H. A. DECANI

PRO

LICENTIA

SVM MOS IN VTROVQVE IVRE CAPESSENDI
HONORES

AD DIEM XXIV OCTOBRIS MDCCLXXXIII

HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS

PVBLICE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBMITTIT

IOANNES FRIDERICVS CHRISTIANVS
SPENER

SVSATO-GVESTPHALVS.

HELMSTADII

LITERIS VIDVAE B. PAVL. DIET. SCHNORRII ACAD. TYPOGR.